



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. II. Alia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

laris ille satisfacit; cur autem? nam sua peccata candidè exponit, cum dolore, & proposito accedit. Sanè non nisi quia Regularis ille, cui confessus fuit, non erat ab Episcopo approbatus: ergo ad absolutionis valorem necessaria, etiam in Regularibus, Episcopi approbatio. Vid. P. Moy. *tom. 1. tract. 3. d. 7. qu. 1. n. 8. & qu. 2. n. 1.* & nos infra. Dixi autem omnes à Dicoesano approbandos ut absolutio sit valida, excipiendo illos, qui gaudent Beneficio curato, & mortis articulo; illi enim ex sui officij sui ratione gaudent potestate ordinaria absolventi, saltem duas oves, adeoque approbandi ab Episcopo non sunt, cum vi officij sui valide absolvant. Qui vero moriuntur, ab omni simplici Sacerdote absolvi queunt, ex vi Ordinis dantis cuiusque Sacerdoti absolventi facultatem, qui in mortis articulo jacent.

N. Tertiò quòd Regulares, præter Episcopi approbationem, egent licentia sui Prælati, non quidem, ut *valide* absolvant seculares; nam ad absolutionis valorem, satis est Episcopi approbatio; sed ut eos licite, sine mortali, aut veniali culpa, prout quilibet Prælatus, suis insistentibus regulis, judicaverit, absolvat; ut rectè P. Bardi *pag. 273. n. 47-48.* 49. P. Fagundez in 2. Ecclesiæ Preceptum *lib. 7. cap. 2. n. 32.* Potestatis *tom. 1. n. 3287.* & alij.

N. Quartò dubitari non posse, plura hæcenus Regularibus Confessarijs concessa fuisse privilegia, juri Canonico inserta, præcipue in Clementinâ Dudum de sepultura, inter quæ conceditur à Papâ PP. Dominicânis, & Franciscanis, ut eorum Confessarij à suo Superiore præsentati Episcopo, & ab hoc injustè reprobati, possint absolvere valide seculares. Alia per disputationis decursum dabo privilegia, inter quæ aliqua sunt qualificata, alia non. Illa sunt expressè nominanda; dum revocantur hæc non, ut docent omnes DD. scribentes in caput. 1. de *Rescript.* At equè certum est plurima Regularium privilegia fuisse à Tridentino l. c. revocata per clausulam, *non obstantibus privilegijs, & quacumque immemorabili consuetudine;* idemque severioribus verbis præstitum ab Urban. VIII. à Clem. X. & ab Innocent. XII. Dixi, plurima, non dixi, omnia, ut constat ex ipsamet prudentissimâ Clementis X. Bullâ, in quâ dum plures opiniones ampliantes Regularium facultatem reprobant, reprobant quoque plures, quæ eam coarctant, approbando oppositas: & idè præcipit, ne Regulares reperti per examen generaliter idonei, cum limitatione admittantur; ne sine novâ superveniente causâ iterum ab eo-

dem Dicoesano examinentur: ne, inconfulta Sede Apostolica, tollatur integro conventui Regularium absolvendi licentia. Lege quæ dedi *d. 1. n. 120. 123.* ex P. Suar. *d. 28. p. Sazbi de Pœnit. sect. 1. n. 15.* Card. de Lugo *disp. C. de 21. de Pœnit. n. 6.* P. Moy. *tom. 1. tr. 3. d. 7. qu. 2. m. 1.* qui, & fere omnes alij, etiam ante Clem. X. Bullam hoc ipsum statuentem, docuere, concedendum illimitatam absolvendi licentiam Regulari reperto illimitatè idoneo; quin contra justitiam cum Episcopum peccaturum graviter; si post examen eam negaret. Ratio est; quia ipsa approbatio, si prævio examine fiat, est sententia de idoneitate: ergo nequit negari absolvendi licentia juxta idoneitatis limitatæ aut illimitatæ mensuram. Vid. P. Nogueira *p. Nogu. d. 14. sect. 15. & 16.*

Quintò recolenda hæcenus à me tradita d. N. 1. 2. 3. doctrina de Pontificijs Decretis, quorum aliqua esse possunt Papæ ut Doctoris privati, alia ut Doctoris totius Ecclesiæ: in his esse prorsus infallibilem, in illis posse esse fallibilem est certum. Tota difficultas est in discernendo, quando nam Papa in suis Decretis se habeat ut Papa, quando ut Doctor privatus. Dedi autem *d. 2. n. 3. ad 29.* certa signa, ex quibus hoc colligere possumus, nempe, cum Papa omnes Christi Fideles alloquitur, non tantum cum motu proprio, certâ scientiâ, & de plenitudine potestatis, quæ omnia sæpè insunt Decretis purè legislativis; sed cum declarat doctrinam aliquam, eamque sine replicâ vult ab omnibus cæco mentis obsequio admittendam, comminatis in opinionem oppositam censuris Theologicis; & in opinantes oppositum censuris pœnalibus. Ex his signis intuli l. c. Decreta Clem. VIII. Urban. VIII. Alexand. VII. & Clem. VIII. Innoc. XI. esse ex Cathedrâ, & quamvis ea Decreta promulgata non forent, dum modo aliunde certo content esse, ob legem naturalem obligantem sequi, quod est certissimè verum, admittenda, ut docui *d. 2. n. 54. ad 75.* Dixi quoque *d. 2. n. 31. & 36.* pruram esse de voce questionem, an dictorum Pontificum declarationes dicenda sint definitiones ex Cathedrâ. Similiter *d. 1. n. 5. ad 9. & n. 15. ad 40. & d. 3. n. 21.* dedi quæ disputatione de Decretis Pontificijs veteris; & quod ipsa Pontificis censura supponat opinionis damnabilitatem, quâ suppositâ, Papa declarat damnatam; ut tradidi *d. 1. n. 79. & d. 2. n. 28. & 92.* Non ergo opinio damnata ex, gn. ut scandalosa, sit scandalosa per Papæ declarationem; sed e contra, quia in se ex suo objecto intrinsecè est scandalosa, ideo talis declaratur à Papa. Dixi quoque *d. 1. Qqij nam,*

num. 84. 86. 116. damnatam à Papâ esse pro utroque foro improbabilem, nec umquam, nisi ex errore, fuisse probabilem, & conscientie regulam; quin talem in se esse, qualem Papa qualificat; & esse, ut dedi d. 1. n. 101. 103. & d. 2. n. 36. 103. ad 113. tum directe, tum reflexe improbabilem. Demum docui quid necesse sit, (d. 3. n. 67. ad 72.) ne culpa aut excommunicatio incuratur.

Conc. An autem opinio aliqua definita à Papâ
Vien. ut probabilior (ut accidit in Concilio Vien-
Joan. nensi, quod sententiam tuentem in Baptul-
Ant. de mo remitti culpam, & infundi gratiam, &
Panor. habitus, definivit probabiliorē negante)
cap. 7. ar. 11. per totum studiosè digerit.

N. Atamen inter cetera, quæ circa Pontifi-
51. cia Decreta latè discussi, nil magis pro præ-
senti disputatione tenendum, quam quod
inter Decreta, alia sunt pure declarativa,
nempe quæ veritatem aliquam pro totâ Ec-
clesiâ declarant; alia purè legislativa, nem-
pe quæ aliquid vetant, aut præcipiunt; alia
mixta, nempe quæ pro totâ Ecclesiâ aliquid
simul declarant, & jubent. Declarativis ita
standum, ut statim ac consent, etsi non pro-
mulgentur, eorum veritas ab omnibus sit
amplectenda; nec ab illis fieri potest suppli-
catio, ut innui d. 3. n. 53. 61. quis enim, ni-
si excors sit, exemptionem à non credendâ
veritate sibi certo notâ postulet? Legislati-
vis purè talibus ita standum, ac statim alijs
Legislatorum Legibus, quæ diversis sæpe
subjacent uno in loco circumstantijs, nec
quod prudenter in uno loco præcipitur, &
in alio præcipitur, & ideo à purè Legislati-
vis fit supplicatio, quin experientia docet
non omnem legem Pontificiam ubique
obligare; ita lex de jejunio obligat plerof-
que ne sagimen edant, non ita in Sicilia reg-
no. Declarativis simul, & legislativis, si lex
fundetur in declaratione, standum inviola-
biliter: tunc enim lex Pontificia non vetat
purè praxim, sed praxim objecti, & opi-
nionis declarat ex objecto scandalosa: &
ideo toties inculcavi, quod etsi Papa non ve-
taret talem opinionem, & praxim, dum-
modo aliunde constaret Papæ definitio, quod
opinio sit scandalosa, tencor lege naturali ab
eius praxi abstinere. Hæc immobili intel-
lectu tenenda, & applicanda Decretis Urb.
VIII. Clem. X. & Innoc. XII. illic enim
patebit ea esse à Papâ ex Cathedrâ definien-
te, & totius Ecclesiæ Legislatore, sunt enim
declarativa; & quia talia, sunt legislativa.

Urban.
VIII.
Clem.
X.
In. XII.

§. III.

Reliqua.

SUMMARIUM.

Papa nequit definitionem alterius Papa revocare; potest legem, & privilegia, n. 52. & 56. 57.

Aliqua à Pontificibus privilegia Regularum revocata, ibid. & n. 53. 54.

Pontifices utentes verbis de futuro non derogant futurorum Pontificum auctoritati. Omnes sunt aequales, n. 55.

Maximum discrimen inter Pontifices definientes, & legem ferentes, ibid.

B. Pius V. refert viginti sex gravamina, quibus Regulares ab Episcopis vexantur, n. 56.

Omnia privilegia, quibus Episcopali juri contra Tridentini dispositionem præjudicantur, sunt revocata, n. 57.

An Regulares in suis Ecclesijs concionari possint remittente Episcopo? Ibid.

Omnes Papæ aequali definitivâ, & legislativâ potestate gaudent, n. 58.

An Regulares possint extra Italiam vi suorum privilegiorum absolvere ab omni casu Papæ reservato, exceptis qui in Bullâ Cene, ibid.

Catalogus excommunicationum, extra Cane- casus, soli Papæ reservatarum, ibid.

Excommunicantur recipientes pro Religiosis ingressu, ibid.

Jus Episcopale summè attendendum, n. 59.

Possunt Episcopi augere Canonum penas, exceptâ lata sententia excommunicatione, ibid.

Dignitas Episcopalis quam timenda, ibid.

Leges sint pauca, n. 60.

Dictum S. August. & S. Thoma in eis, qui leges multiplicant, ibid.

Excommunicationes sint raræ. Acutissima Sciti reflexio, ibid.

In præsentia materiâ præponendi Theologi Melan- ni, n. 61.

Insigne Gersonis dictum de Theologi, quid non magis favere debent potestati, sive spirituali, sive seculari, quam veritati, ibid.

Magnum inter Cruciatam Hispaniam, & La- sitanâ discrimen, n. 62.

SEXTO, certum prorsus esse, nullum Pon- tificem posse, vel tuam, vel aliorum Pon- tificum ex Cathedrâ loquentium definitio- nem retractare: si enim hoc posset, nullus Papa foret infallibilis. Potest tamen quilibet Papa suam, aut aliorum Pontificum legem purè Ecclesiasticâ, in neutro jure, nec Divi- no, nec naturali, fundatam revocare: nec non privilegia vel à te, vel ab alijs cõcessa tollere, aut restituere. Pater hoc experientiâ oculor. Cle- rum i. quia Clemens X. declarat, quod pri- vilegia